

PHILOSOPHIÆ CRITICÆ  
DE MALO RADICALI DOCTRINA,  
BREVITER EXPOSITA.

---

EUJUS

PARTICULAM PRIOREM,

VENIA AMPLISSIMÆ FACULT. PHILOS. AD ACAD. AURAICAM,

PUBLICO EXAMINI MODESTE OFFERUNT

*Mag. CAROLUS GUSTAVUS OTTELIN,*  
*Ad Schol. Cath. Aboëns. Ruthenicæ Linguae Magister prep.*

ET


*JOHANNES HIRN,*  
*Wiburgenses.*

In Auditorio Phil. die XIV Maji MDCCCXVII.

b. a. m. s.

---

ABOÆ, Typis FRENCKELLIANIS.





Quicunque hausimus (legendo) ne patin-  
mur integra esse, ne aliena sint. Conco-  
guamus illa: alioquin in memoriam ibunt,  
non in ingenium.

SENECA.

Fuere jamdiu & adhuc forsitan sunt, qui conten-  
derint contendantque, hominem debilem, pro-  
prietatum & actionum singularium si habetur re-  
spectus, & bonum & malum simul esse posse, vel  
neutrum quoddam, seu medium & adiaphoron a).

A

Hi

- 
- a) Primis jam Philosophiae temporibus de Adiaphoribus locu-  
ti sunt sapientiae cultores. Sic Cynicos eadem assumisse  
ex his patet Diogenis Laërtii dictis: τα δε μεταξυ αρετης  
κοι καινει, αδιαφορα λεγουσιν, ομοιως Αριστων τα Χιω.  
Vide: DIOGENIS LAERTII, de Vitis, Dogmatibus & Apo-  
phtegmatibus Clarorum Philosophorum Libb. X. Lipsiae  
1759 p. 400. Quibuscum ipsum PLATONEM stetisse ex  
his colligitur Autoris ejusdem verbis: Ταν ουταν ταπει

Hi vero si secum rite reputaverint, non tamquam objectum, sed *sub specie agentis*, mortalem bonum vel malum dici; si ulterius actiones distinxerint, quatenus legibus facultatis sentiendi consentaneæ sunt, ab iisdem, quatenus appetendi congruunt Legi objectivæ, atque ita differentiam tenuerint jucundi & boni, injucundique & malii b), sine du-

Ἒι κακα, τα δε ἀγαθα τα δε ἔδετερα τετων κακα μεν λεγομεν ταυτα, τα δυναμενα βλαπτειν σει οιον ακρασιαν ην αφεσσινην κοι αδικιαν, κοι τα τοιαυτα τα δε τετοις ἐναντια αγαθα εσιν. τα δε ἐνιστε μεν ὠφελειν, ἐνιστε δε βλαπτειν, οιον το περιπατειν, κοι το καθηοθαι κοι ἐσθιειν· η ὀλως μητε ὠφελειν, μητε βλαφαι δυναμεναι ταυτα γνιν ἐτε αγαθα, ἐτε κακα εσι. Vide Lib. cit. p. 231, 232. Approbat immo ipia in Ecclesia Xina actionum humanarum quarundam indifferentiam THOMAS DE AQUINO. Vide: TINNEMANN, Geschichte der Philosophie. Achter Band, Zweite Hälfte, Leipzig 1811 p. 671. Neque nostris etiam hunc temporibus defunt eidem laventes sententiae. Vide: REINHARD, Ueber den Kleinigkeits Geist in der Sittentheorie, Meissen 1801. Conf. de his omnibus Dr. C. F. AMMONS Vollständiges Lehrbuch der Christlich — Religiösen Moral. Vierte Ausgabe, Göttingen 1806, p. 117. Neque vero putamus, PLATONEM, THOM. & REINHARD in eo peccasse, quod internam hominis indolem indifferentem esse posse statuisent, sed in eo, quod in actionibus hominis externis dijudicandis, non satis fuerint acres atque severi.

b) Vide: Critik der Praktischen Vernunft von IM. KANT, Vierte Auflage. Riga, 1797, p. 101. 106.

dubio etiam concedent mortalem, sit de cetero natura bene ornatus, sive secundas sortitus partes, producant actiones ejus externæ commodum majus seu minus, sive omnino nullum, quo usque res penetrare & cognoscere possint oculi mortaliū, semper esse *totum* aut pravum aut honestum, prout ipsum agendi principium rectum sit & verum, aut perversum & falsum. Neque de singulis actionibus seu facinoribus agitur, legaliane sint an illegalia, utiliane an securi, de hominis indole bona vel mala quando fertur judicium; sed vocatur heic in quæstionem agendi principium, *voluntas humana*, cuius Lex una semper manet, immutabilis eadem sibique constans, cui tamquam regulæ objectivæ & necessariæ congrua esse potest ipsa, aut contraria & controversa c). Iste enim actionum fons si purus est & integer, bonus dicitur homo totus quantus; si turbidus est & inquinatus, mali sub nomine venit, quibusunque de-

A 2

---

c) Jeder Augenblick des freyen Bewusstseyns und Handelns führt uns auf dem Strome der Zeit einer *besondern Pflicht* entgegen. Nun ist aber Pflicht Nothwendigkeit des vernünftigen Handelns, wo also das Gebiet der Pflicht beginnt, muss auch die sittliche Indifferenz verschwinden. Vide: C. F. AMMON lib. cit. p. 119. Conf. *Grundlegung zur Metaphysik der Sitten*, von IM. KANT. Vierte Auflage. Riga, 1797 jam p. 1, & quod ad ultima verba in textu occurrentia pertinet p. 37.

de cetero glorietur corporis vel ingenii dotibus eximiis, vel facinoribus splendidam præ se ferentibus speciem; quoniam consistit *malum ipsum* (*τὸ κακὸν*) in repugnantia contra Legem voluntatis objectivam, *bonum vero* (*τὸ ἀγαθόν τὸ καλὸν*) in congruentia cum eadem *d*).

Concessis vero his, alia oritur quæstio non minus ardua spinosave, qualis sit homo *natura*, vel qualis sit primus jam volendi actus ejusdem, quo sui conscius fit; h. e. contineatne homo jam nascens conditionem subjectivam libertate recte utendi, an perverse. In aprico enim quamvis jaceat, eundem nec virtutibus præditum, nec vitiis obrutum esse, antequam sui in tempore conscius agere inceperit, character tamen intelligibilis quidam, volendi actus cuiusvis continens normam summam, ipsi actu speciali cuivis priorem, necesse est, adsit, ita ut primæva jam vita hominis sui consciæ nihil aliud sit, nisi illius characteris expressio immediata & phæ-

*d)* Vide: *Critik der Prakt. Vern.* p. 100 seq. nec non eximia hæcce EPICETETE, ab ARRIANO conscripta: 'Οὐδεὶς λεγεῖ ἀγαθόν, τὸ ήμερον ἔιναι κακόν, τὸ νυκτὸν ἔιναι μεγίστου δε κακόν, τὸ τριακούρον ἔιναι. Άλλα τι; την μεν ἐπισημεν ἀγαθόν, την δὲ κακοθήν κακόν' -- 'Τυγιεισας αγαθόν; νοοσ δε κακόν; Ου αὐθέωπε. Άλλα τι; Το καλως υγιανεν αγαθόν' το κακως κακόν. Vide: FLAVII ARIANI Opera, Vol. III. Lemgoviae, 1811 p. 202. 203.

phænomenon. Quare eo usque semet nobis obtrudit quæstio illa, indolem hominis in universum attingens, donec assertum sit breviter & distincte, utrum sit character voluntatis jam infantis, & hominis cuiusvis donec in tempore vivet, intelligibilis bonus & honestus, an malus & vituperandus. Respondere autem si placeret cuiquam, neutrius eum esse in dolis, id ignorantiam rei ipsius, de qua queritur, proderet. Omnis enim actio humana in tempus cadens caussam habeat, necesse est. Hæc vero caussa, si a sui consciō proficiscitur actio, naturæ objectivæ vi ortum non debens, ita ut aut laudi tribui possit aut vitio, ratio est quædam voluntatis determinandæ subjectiva sufficiens. Quæ ratio nihil aliud esse potest, nisi character voluntatis primarius, extra tempus suam habens originem, neque tamen in libertatis usu, in tempore versante, semet non exserens. Neque vero potest character hic, quin aut bonus sit, aut malus, quoniam unus & certus esse debet. Neutrius enim si esset in dolis, nullus oriretur volendi actus specialis, cum de voluntatis actu loqui non possimus, nisi Legis habeamus respectum e); utraque vero si gauderet, sibimet ipse repugnaret, cum bonum & malum in eodem subjecto libero non magis conciliari possint, quam rotundum & angulatum in figura quadam geometrica; neque uno momento tem-

---

e) Conf. KANT. *Die Religion innerhalb der Grenzen der*

temporis bonus, altero malus, esse potest, cum extra tempus in æternitate jaceat. Undecunque igitur orta sit vaga ista & infirma Indifferentiae vel Syncræeos theoria, characterem hominis primo, quo sui conscius agere incipit, tempore medium quoddam morale habens, ut non nisi in temporis evolutione acquiratur, sive ex studio pio, sed infimo, existentiam humanam Bonitati Dei quadam tenus conciliandi, sive ex nisu, sibi haud constante, Empiristarum liberum arbitrium sartum teclumque servandi, tota quanta falsa est. Hoc vel ex eo videtur, quod concedat, necesse est, quisque, facultatis appetitivæ determinationem quamvis, sive expressionem specialem (quam ipsi etiam Empiristæ phænomenon semper esse autumant) aliud rursus requirere phænomenon, quod ad normam characteris Subjecti *necessario* sequatur; atque sic in indefinitum f).

Ri-

*blossen Vernunft* 2:te Auflage. Königsberg 1794 p. 9  
Not. ubi alia reperitur rei hujuscce demonstratio, eximia eadem, qua vero, cum non nisi infra definiuntur verba, quibus proponenda eset, heic uti noluimus, ne filum prætrumperemus cogitationis; nec non pp. 11 - 13.

f) Als blosen Stücks der Sinnenwelt würden sie (die Handlungen des Menschen) gänzlich dem Naturgesetze der Begierden und Neigungen, mithin der Heteronomie der Natur, gemäss genommen werden müssen. Vide: KANT

Rigoristarum igitur quoniam assumenda est sententia, summa, necesse est, diligentia examine-  
mus perpendamusque, utri parti palmam deferre debeamus, illis, qui hominem *natura* bonum esse contendunt, an eis, qui eundem *natura* malum & perversum habent, quoniam gravissimi pon' eris est res, inti-  
mam nostram attingens in-  
dolem — Cum vero ubique & crebro, voce a surdo etiam audienda, clamitet experientia quotidiana, genus hu-  
manum malo esse deditum & immolatum g), quod fieri nec potuisse nec posset, nisi insit mortali-  
bus proprietas quædam voluntatis, in actiones eo-  
rum vim suam exserens, perversa, seu principium agendi subjectivum morale malum, (quod qua in  
re consistat infra videbimus) una cum vita mun-  
dana & phænomenali quomodo cunque enatum,  
gloriabundæ illi de genere nostro opinioni, under-  
cunque ortæ h), qua statuitur hominem *natura*  
in

*Grundlegung zur Metaphysik der Sitten*, p. 110. *Conf.*  
*Critik der Reinen Vernunft*, von IM. KANT, Fünfte Auf-  
lage. Leipzig, 1799 p. 577 seqq.

g) Vide: KANT, *Die Religion innerhalb der Grenzen der blos-  
sen Vernunft*, pp. 28-31.

h) Quid Cel. KANTIUS illius de ortu (utrum vere, an se-  
cus, de eo alii judicent), sentiat, videlicet Lib. nuperrime  
cit. p. 5:

in bonum esse propensum, quis, quæso, jam potest assentiri? Sanctum enim si esset agendi principium, bona etiam essent opera, quæ jam mala esse, experientia satis superque probat.

An vero acre hoc & severum judicium, malum radicale admittens, de quovis valeat homine, ut nemo excipiendus sit, ne optimus quidem, jam aliud est problema, quod si non solutum restet, omnis corruit & evertitur doctrinæ moralis necessitas *i).* Indifferentistarum igitur opinione, quod ad genus humanum in universum attinet, eversa, id quod supra efficere conati sumus, cumque non præbeat experientia ansam ad quempiam vitiis liberum habendum, non possumus, quin cum SENECA contendamus: *Ad neminem ante bona mens venit, quam mala k).*

Ad

*i)* Conf. Lib. eundem p. 9. Valebit enim semper & ubique EPICETEI hocce: Εἰ βέλει ἀγαθὸς ἐνας, πρώτος πίστευσον, ὅτι κακός εὐ. Vide: FLAVII ARRIANI Opera sup. citt. Vol. III p. 367.

*k)* Vide: L. ANNÆI SENECE Operum, Tomi II, Amstelodami 1672 excusi, p. 171. — Nec alia, ac quam nos adhibuimus, de necessitate mali subjective vulgari certiores nos faciendi ratione utitur Cel. KANTIUS. Vide: *Die Religion &c.* supra cit. p. 14 ad finem, ubi legitur: Dafs wir aber unter dem Menschen, von dem wir sagen, er sey von Natur gut oder böse, nicht den einzelnen verstehen

— 9 —

Admissa prava indole humana, ipsis in cunabulis jam praesente, in eo vertitur salus totius generis

B

neris

---

(da alsdann einer als von Natur gut, der andre als böse angenommen werden könnte) sondern die ganze Gattung zu verstehen befugt sind: kann nur weiterhin bewiesen werden, wenn es sich in der anthropologischen Nachforschung zeigt, das die Gründe, die uns berechtigen, einem Menschen einen von beiden Charactern als angebohren beyzulegen, so beschaffen sind, daß kein Grund ist, einen Menschen davon auszunehmen, und er also von der Gattung gelte. Conf. lib. eundem p. 27-28, ubi dicit se experientia, quæ neminem excipi jubet, nixum, demonstratione stricta carere posse. Quare etiam Cel. SCHELLINGIUS in *Philosophische Schriften*, Erster Band, Landshut, 1809, p. 472 sequentia habet: Nur jenes (quod supra enucleaverat) durch eigene That, aber vor der Geburt, zugezogene Böse, kann daher das radicale Böse heissen; und bemerkungswirth ist, wie KANT, der sich zu einer transzendentalen, alles Menschliche seyn bestimmenden That, in der Theorie nicht erhoben hatte, durch bloße treue Beobachtung der Phænomene des Sittlichen Urtheils in späteren Untersuchungen auf die Anerkennung eines, wie er sich ausdrückt, subjectiven, aller in die Sinne fallenden That vorangehenden Grundes der Menschlichen Handlungen, der doch selbst wiederum ein actus der freyheit seyn müsse, geleitet wurde: An vero tali ex actu, de quo loquitur Cel. SCHELLINGIUS transzendentali, & ex conditionibus conscientiae sui subjectivis, perspici positi mali originarii necesitas subjectiva, æque ac an summoveri possint scrupuli, qui ex mali radicalis possibilitate Bonitati Dei, & realitate Sanctitati Divinæ, concilianda oriantur, distinctionem

neris nostri, ut sciamus, qua in re consistat, & quomodo sponteitati Ratione gaudentis conciliari possit hæc perversitas, cum primo jam ad sit quo exsistimus tempore & tota sub vita maneat. *Illud enim si ignoramus, emendare nosmet non possumus, cum radicibus fieri debeat sanatio, quoniam alioquin externum solūmodo sareimus damnum, morbo manente; hoc vero si minus perspicitur, in scepticismi fatalismique facile dejici- mur voraginem.* Utrique autem quæstioni quævis operam semper navaverit ingenium humanum, sublimiores petens regiones, ita ut multis modis expositæ atque enucleatæ sint, attamen nemini, ut nobis quidem videtur, ad KANTII tempora tam clare & distincte patuit res, quam ipsi Criticismi Statori huic Summo illuxit; quare doctrinam Philosophiæ Criticæ de malo radicali dignam judicavimus, in qua proponenda & ad ipsa Criticismi principia practica referenda, vires periclitaremur juveniles. Quod quo succedat inceptum, principia stri-

---

**f**i fecerimus inter Subjecti objecti Absoluti positionem, seu creationem primariam a Deo constitutam, & positionem sui Subjecti objecti singularis, misam heic facere possumus quæstionem, Criticismi cum in primis interpretemur de malo radicali doctrinam. Lectorem autem benevolum ad Cel. SCHELLINGUM ipsum delegamus, cuius in *Philosophische Schriften* sup. cit. pp. 462 - 473 & 480 seqq. enucleati sunt nodi posteriores.

— II —

strictim repetamus facultatis appetitivæ humanae, quo ad eadem referre possimus ipsum malum radicale enucleandum, & quo videamus quomodo congenita hæcce, nec umquam hac in vita prorsus expugnanda, ærurna, una cum arbitrio libero & spontaneitate possit consistere.

Habemus igitur homines facultatem appetitivam cum brutis quidem communem, sed ab eorum tamen toto cœlo diversam. *Facultas vero appetitiva* cum in eo consistat, quod possit Ens ope repræsentationum suarum caussa fieri objectorum, iisdem respondentium, neque vero adhuc realitatem habentium <sup>l)</sup>, quæ caussalitas, quatenus in ipso reperitur subjecto appetente, *arbitrium auditum*; in aprico jacet, ex diversa hujus arbitrii indole diversam pendere hominis & animantium rationem sive naturam. — Repræsentationum ope cum ergo possint *hæc* & possit *ille* mundi externi mutare ordinem & habitum, tota eorum, quod ad facul-

B 2

ta-

---

<sup>l)</sup> Conf. *Critik der Præctischen Vernunft* sup. cit. p. 16 Not., nec non *Die Metaphysik der Sitten* von IM. KANT. Königsberg, 1798. Erster Theil. Einl. p. 1. æque ac *Encyclopädisches Wörterbuch der Kritischen Philosophie* von G. S. A. MELLIN Art. *Leben* 1. 3 & *Wille* 4.

<sup>m)</sup> Conf. *Die Metaphysik der Sitten* supr. cit. Erst. Theil Einl. p. V.

tatem appetitivam pertinet, diversitas ex modo pendeat, necesse est, prorsus diverso, quo ex re-præsentationibus definitur arbitrium. Quod si determinatur illud ad regulam quandam subjecto ignotam, sed in eodem foris semel ita positam, ut necessario observetur (*Instinctum* vocant hanc se determinandi rationem *n*), omnia mechanicè fiunt, sicut in brutis, & tunc servum est arbitrium, seu brutum & ligatum; oritur enim hac in conditione animali, conceptu carenti finali, sensus vel jucundi vel injucundi, ex quo cæce determinatur arbitrium. Tunc neque de bono neque de malo morali oriri potest quæstio. Si autem determinatur arbitrium secundum regulas (*normas*), quarum & conscius & auctor est agens, liberum jure nominatur ipsum. Qualis hominum est indoles, cum testetur officii agnitione, arbitrii determinationem quamvis in nostra esse ditione & potestate plena. Ea igitur vis, qua caussalitatis determinatio & ipsum illud cupere (*Belieben*), unde determinatur arbitrium, simul cum normis, ad quas definitur, nostra est in ditione, *voluntas* vel potius *vole* vocatur liberum *o*).

Hu-

*n*) Vide: *Anthropologie von IM. KANT*, Zweite Auflage Königsberg, 1800, p. 225. Conf. G. S. A. MELLIN Lib. cit. ART. *Trieb*; nec non KANT. *Die Religion &c.*, supra cit. p. 20 Not.

• Voluntatem enim in facultate ponit Cel, KANTIUS app-

Hujus jam videamus conditiones.

Quo secundum regulas ipsi agamus nostras, easdem producamus. Hoc cogitandi fieri facultate, quæ ex

titiva quatenus normis determinatur; i. e. in actu, qui ex intelligibili mundo radios emittit, arbitrii expressiones speciales efficienes. Vide *Grundlegung z. Metaph. d. Sitten* p. 36, 57, 63, 110; nec non p. 14, ubi legitur: Der Wille ist witten inne zwischen seinem Princip a priori, welches formell ist, und zwischen seiner (*der?*) Triebfeder a Posteriori, welche materiell ist, gleichsam auf einem Scheidew<sup>g</sup>e, und da er doch irgend wodurch muss bestimmt werden, so wird er durch das formelle Princip des Wollens überhaupt bestimmt werden müssen, wenn eine Handlung aus Flucht geschieht, da ihm alles Materielle Princip entzogen worden. Quibus addere liceat verba voluntatem & arbitrium a semet invicem distinguentia: Das Begehrungs vermögen, dessen innerer Bestimmungsgrund, folglich selbst das Belieben, in der Vernunft des Subj<sup>cts</sup> angetroffen wird, heißt der *Wille*. Der Wille ist also Beg<sup>h</sup>rungs. Vermögen nich sowohl (*wie die Willkür*), in Beziehung auf die Handlung, als vielmehr auf den Bestimmungs Grund der Willkür zur Handlung betrachtet, und hat selber vor sich eigentlich keinen Bestimmunggrund, sondern ist, so fern sie die Willkür bestimmen kann, die Practische Vernunft selbst. *Liberam vocamus hancce vim, non solum quia independens est, vi naturæ opposita, a nihilo, nisi actu extramundano & trancendentali, seu sui positione spontanea, in æternitate posita, determinabilis, sed quia possibilitatem involvit autonomiæ* (*Conf. Critik der Pract. Vern.*, p. 51,

ex repræsentationibus immediatis, sive intuitu,  
conceptus format conceptuumque, coniunctiones,  
quis est, quin sciat? Ea igitur cum gaudea-  
mus

---

52) & quia non cæcum est agendi principium, sicut instin-  
ctus, sed sibi perspicuum, Legis objectivæ quidem con-  
scium, quamvis non semper subditum. De qua re etiam  
conferas: HÖIJER, *Afhandling om den Philosophiska Con-  
struktionen*, Stockholm, 1799, pp. 129-131; nec non SCHELL-  
LINGII hæcce: Das Wollen selbst bleibt immer *frey* und  
*muss frey bleiben*, wenn es nicht aufhören soll ein Wol-  
len zu seyn. Vide: *System des transzendentalen Idealismus*.  
Tübingen 1800 p. 339 — *Sui-positio* vero illa, qua,  
quod ad characterem suum, determinatur voluntas, ipsum  
illud est, quo in æternitate antea & nunc & semper vi-  
vimus, quod quo clarius fiat, Cel. SCHELLINGII afferamus  
verba eximia: Der Mensch ist in der Ursprünglichen  
Schöpfung, ein unentschiedenes Wesen — : nur er selbst  
kann sich entscheiden. Aber diese Entscheidung kann  
nicht in die Zeit fallen; sie fällt außer aller Zeit und  
daher mit der ertten Schöpfung zusammen. Der Mensch  
wenn er auch in der Zeit geboren wird, ist doch in  
den Anfang der Schöpfung (das Centrum) erschaffen; *Die  
That*, wodurch *sein Leben* in der Zeit *bestimmt ist*, ge-  
hört nicht der Zeit, sondern der Ewigkeit an: sie geht  
dem Leben auch nicht der Zeit nach voran, sondern  
durch die Zeit (unergriffen von ihr) hindurch, als eine  
der Natur nach ewige That. Durch sie reicht das Le-  
ben des Menschen bis an den Anfang der Schöpfung.  
Vide: *Philosophische Schriften*, p. 468. Cujus actus qui  
nexus sit cum volendi actu, videas: *Das System des Tran-  
scendentalen Idealismus*, p. 526.

mas homines, possilitas etiam nobis inest, actiones nostras externas ad regulas cognitas & distinctas, hoc vel alio modo, in ordinem redigendi, atque secum æquandi & conferendi. Neque vero etiam nunc liberi essemus, si foris seu cæce vel mechanice nobis traderetur earundem arbitrium determinandi vis & potestas, quoniam sic etiam Heteronomia laboraremus fatali & mechanismo, qui, sive materialis sit, sive spiritualis, eodem reddit p). Quid? quod neutro in casu nec de malo nec de imputatione morali sermo oriri potest. Cum vero urgeat, immo perspicuitate & vi, cui resistere nequimus, absoluta, declareret officium agnitionis, & libertatem transcendentalem, (quæ in eo consistit, quod possumus nosmet ex sola Legislationis Idea determinare), & imputationem nobis competere, insit nobis, necesse est, facultas sponte & absque necessitate quadam, seu coactione, non normas solum projiciendi, sed earum etiam connexionem & nexum finalem in nostra habendi ditione. Hæc omnia sponteitate fieri quidem perspicuum est, sed adhuc nescimus, quomodo siant. Id videamus.

Oriantur igitur, necesse est, conceptus finales, quibus dominium plenum & perspiciendo & a-

gendi

f) Conf. *Critik der Praktischen Vern.* pp. 173-174; nec non *Critik der Reinen Vernunft*, pp. 563-565.

gendi facultatis acquiritur. Hi ita generantur, si sponte & ex semet ipsa determinat Ratio, sive actus transcendentalis & extramundanus, imaginationem, quo in munere Ratio Practica audit q). Neque vero satis habet Ratio hos si produxerit, quoniam sic in multiplicitatem esset soluta, sed evocat etiam & generat ex imo suo gremio & pectore quasi conceptum horum summum, seu representationem scopi ultimi, quae idea est Legislationis universalis generis humani. Hæc Idea, Lex moralis vulgo dicta, quæ utpote normarum summa earundem continet formam objectivam, (unde formalis dicitur), absoluta est, sibique semper constans, omnium finium meta ultima vera. Eadem absolutæ & veræ libertatis, sive potestatis sui (*Sjelfstændighet*) est Lex sancta & veneranda, cui subditæ esse debent arbitrii normæ, nisi sibimet ipsis contrariantur. Quod cum ita sit, jam perspicue patet, in eo malum latere debere originarium, quod præposuerit præponatque sui positio spontanea (in not. o commemorata) extramundana conceptus finium specialium fini ultimo, seu quod determinet voluntas, i. volendi actus, arbitrium, Legis cura posthabita; quoniam si Legem semper primam in oculis ferret voluntas, bona

q) Conf. F. W. J. SCHELLINGS *Philosophische Schriften*, p. 312; ubi, ni valde fallimur, *Ideen nominat Auctor, quod nos conceptus finales diximus.*